



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

explanatio 17 ca. cum autem p[er]ambulassent ar. 17

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

cusatiōis accipet. Nō ita, sed veniāt, & ipi nōs eiciāt, ]  
 Nō ex ipaciētia, sed zelo iustitiæ dixit Pau. & ne i ipso  
 ac suis scādalarētur, atq; a fide suscipiēda, impedirent  
 pusilli. Et itē. vt sicut fuit publica punitio, sic esset & ma-  
 nifesta ereptio, vt veritas cunētis pateret. ] Nūctauerūt  
 autem liētores magistratibus verba hæc, ] Timuerūt-  
 que audito quod Romani essent ] Formidabant enim  
 de his apud Romanos accusari atque affligi ] Venien-  
 tesque deprecati sunt eos ] vt sibi ignoscerent, quia p  
 ignorantiam hæc fecissent ] & educētes rogabant eos  
 vt egrederentur ] de vrbe ne in ciuitate oriretur dis-  
 sentio, propter eorum præsentiam & doctrinam ] Ex-  
 euntes autem de carcere introierunt ad Lydiam ] pri-  
 mo tamen de carcere ingressi fuerunt domum custodi-  
 ipsius. Nam femina hæc de apostolorum iniusta perse-  
 quutione fuit plurimum contristata, quod Paulus in se-  
 ipso perpe- ens, accessit ad eam cum suis gratia conso-  
 lationis, mirabilia dei quæ contigerunt insinuans ei, ip-  
 samq; in fide confortans ] & visis fratribus ] videlicet  
 Christianis q iam in hac vrbe fuerunt ] consolati sunt  
 eos, & profecti sunt.

Expositio capituli septimidecimi.

Cum autem perambulassent.

Articulus decimusseptimus.

**C**um autem perambulassent Amphipolim ] vrbe  
 s. Macedoniæ sic vocatam ] & Apolloniam ]  
 quæ & ipsa est ciuitas Macedoniæ, & est alia  
 in Aphrica, quæ vocatur Pentapolis ] peruenerūt  
 Thessalonicam ] Macedoniæ vrbem ] vbi erat Synago-  
 ga Iudæorum ] Iudæi enim ibidem manentes, in vr-  
 be illa domum, in qua ad colendum deum confluebant,  
 habebant, Et sicut ecclesia interdū pro congregatione  
 Christianorum, interdum pro materiali templo acci-  
 pitur, ita & Synagoga nūc pro collectione Iudæorum,  
 nunc pro materiali eorum suscipitur templo. Vnde a-  
 apud Lucam dicunt Iudæi de centurione ad Christum,  
 Synagogam ipse ædificauit nobis ] Secundum consue- Luc. 7.

tudinem autem suam Paulus introiuit ad eos. In Synagoga, volens omnibus loqui de Christo. & per sabbata tria diserebat eis de scripturis. Die enim sabbati magis confluxerunt Iudæi, & paulatim præparauit corda illorum ad suscipiendam fidem catholicam, cõprobans ex scripturis, quæ de Christo mox proponere intendebat. Hinc subditur. Adaperiens & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere tertia die a mortuis. Horum vtrumque in prophetis de Christo copiose prædictum est, imo & tempus suæ occisionis in Daniele apertissime prætaxatum ostenditur. Oportuit autem Christum pati non necessitate absoluta, imo ipse seipsum tradidit morti, quemadmodum in Esaiâ habetur. Oblatus est, quia voluit, sed conditionata, seu ex hypothesis, quia videlicet diuinitus fuit præordinatum, atque propheticè prænunciatum, per voluntariam Christi passionem, saluandum esse genus humanum, & quod non aliter saluaretur. & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis. Quicquid namque de Christo vaticinatum fuit in Iesu Nazareno impletum probatur, videlicet quo ad locum, & tempus, ac genus. Natus est tempore a Daniele præfixo, in ciuitate a Michea prædicta, item de tribu Iudæ, prout Iacob prædixit. Insuper fecit miracula quemadmodum Esaiâs prædixit, vixit, docuit, sicut in prophetis prædictum est. Sustinuit tale genus mortis, quale a Dauid & ab Esaiâ fuit prænunciatum. Deinde resurrexit, ascendit, spiritum sanctum misit, Per discipulos innumerabilia maxima, solique deo possibile egit miracula. Et quidam ex eis. Iputa Iudæis istis. crediderunt. In Christum. & adiuncti sunt. In mente & corpore. Paulo & Syleæ. Ivt plenius informarentur de Christo & fide catholica. & de colentibus. scilicet gentilibus ad Iudaismum conuersis vnum verum deum, qui appellantur profelyti. Igentilibus. Iqui scilicet vsque tunc in gentili ritu permanserant. Imultitudo magna. Iconuersa est. & mulieres nobiles nō pauca. Iq̄ etsi ante iam carnis propagine nobiles extiterunt, credendo in Christum atque cæle-

Lucæ. 24.

Danie. 9.

Esai. 53.

Danie. 9.

Gene. 46.

Esaiæ. 53.

## CAPVT XVII F. LXXXVII

rem regenerationem sumendo, multo nobiliores effe-  
 ctæ sunt mente, virtutū præclarissima dignitate. L Ze-  
 lantes autem Iudæi. Id est, increduli Iudæi honori &  
 gloriæ Iesu Christi discipulorumque eius inuidentes  
 & legem Mosaicam inordinate zelantes, seu diligentes  
 vel imitantes L assumentesque de vulgo viros quosdā  
 malos. L vt multitudine ac impetuoso & irrationabili  
 strepitu præualerent, qui nullam pro se rationem habe-  
 bant L turba facta concitauerunt ciuitatem. Id est, ha-  
 bitatores Thessalonicæ, verbis mendacibus eos contra  
 apostolos prouocando L & assistentes domui Iasonis  
 hospitis Pauli & Syleæ L querebant eos producere in  
 populum. Id est, ad publicum trahere, tanquam male-  
 ficos, vt eis visis, populus contra eos insurgeret. L Et  
 cū nō inuenissēt eos. I quia iam alibi occupabātur L tra-  
 hebant Iasonem & quosdam fratres. I scilicet Christia-  
 nos, ad principes ciuitatis, forte putabant apostolos  
 ab istis p̄uifatos aut occultatos L clamantes, quoniam  
 hi sunt qui urbem concitant. Id est, discordiam inter  
 ciues pariunt. Semper malitia, specte aliqua bonitatis  
 se palliat. Vnde & hi cum essent prauissimi, tamen rei-  
 publicæ amatores se confixerunt, vt eis celerius crede-  
 retur, & quod ipsi fecerunt, apostolis & eorum impo-  
 nebant discipulis L & huc. I puta ad Thessalonicam L ve-  
 nerunt, quos Iason suscepit. I hospicio, scilicet paulus cū  
 suis L & hi contra decreta Cæsaris faciunt, regem aliū  
 dicentes esse Iesum. I Romanus etenim imperator, tunc  
 fuit monarcha, & sine sua licentia noluit aliquem regē  
 vocari, præsertim qui non fateretur se Romano subie-  
 ctum imperio. Paulus autem & Syleas prædicauerunt  
 Iesum esse regem regum, sed per hoc temporali domi-  
 no imperatoris non derogabant. L Concitauerunt autem  
 plebem & principes ciuitatis audientes hæc. I verba, &  
 non intelligentes quo sensu essent prolata. L Et accep-  
 ta satisfactione a Iasone & fratribus. I cum enim vera-  
 citer fuerint innoxii, poterant se rationabiliter excusa-  
 re, & verba apostolorum ita interpretari, quod non de-  
 rogabant Romanis, eo quod Christi regnum spiritale

Matt. 10.

consistat. L. dimiserunt eos. Fratres vero confestim per  
 noctem dimiserunt Paulum & Syleam in Beroam. Ma  
 cedoniæ, urbem sic dictam non Beroam, vt quidam scri  
 bunt. Opportuno etenim tempe fugiendum esse a facie  
 persequentium de loco ad locum, Christ<sup>9</sup> verbo docuit  
 & exemplo. Nam & ipse in Euangelio scribitur sic ope  
 ratus. L. Qui cū venissent in Beroam L. in Synagogā  
 Iudæorum introierunt. Ineffabili enim & ardentissima  
 charitatis affectione sitiebat paulus Iudæorum salutem  
 & quō eum durius persequebantur, eo cordialius eis  
 compatiebatur, nec aduersa in ipso charitatem tepere  
 fecerunt, imo potius succenderunt. Hinc ab alijs eiectus  
 ad alios accedere non cessauit, cupiens saltem aliquem  
 saluare ex eis. L. Hi autem videlicet Beroenses Lerant  
 nobiliores. Inobilitate animi & virtutum. L. eorum qui  
 sunt Thessaloniciæ. Id est, Thessalonicensibus nobilio  
 res, seu de nobilioribus illorum, Et cur hoc subdit. L. q  
 susceperunt verbum. Euāgelicæ prædicationis a Pau  
 lo. L. cum omni auiditate. Id est, perfecta mentis appe  
 titione, qua veritatem appetierunt ac salutem. L. quoti  
 die scrutantes. Id est, diligenter inuestigantes & con  
 syderantes. L. scripturas. Veteris testamenti, in quibus  
 de Christo fit mentio. L. si hæc. Quæ Paulus de Iesu præ  
 dicauit. L. ita se haberent. Non enim leui, circumsp  
 ectaq; mente fuit lex noua suscipienda, aut aliquis Chri  
 stus credendus, sed scripturæ fuerant reuoluendæ, an  
 noua veteribus consonarent. Verum fide recepta non  
 sunt scripturæ scrutandæ ad videndum an hæc ita se  
 habeant, sed ad intuendum clarius, ad prædicandū, p  
 bandumque fortius, quod vtique ita se habent. Itaque  
 nobilitas mentis, est studio scripturarum syncæro sine  
 insistere, sapientiæ operam dare, virtutibus animam  
 decorare. Et qui in his amplius occupatur, illustrior cō  
 probatur. L. Et multi quidem crediderunt ex eis, & gen  
 tilium mulierum honestarum. Quæ sua honestate ac p  
 bitate naturali ad fidei susceptionem, & veritatis am  
 plexum magis erant dispositæ. L. & viri non pauci. Sic  
 q; ex vtroq; populo, & ex vtroq; conuersi sunt pluri

mī. L Cū autē cognouissent in Thessalonica Iudæi, q̄a  
 & Berceæ p̄dicatum est a Paulo verbum dēi, venerunt  
 illuc, commouentes & turbantes multitudinē L Berce  
 ensium, Impiis quippe dānatio non sufficit prop̄a, sed  
 aliorum q̄q̄ impedire salutem nituntur, & parificare  
 eos sibi in vicis, L Statimq; Paulum tunc dimiserunt  
 fratres, vt iret vsq; ad mare J & per illud ad loca alia  
 nauigaret ad p̄dicandum. Ipsum enim Iudæi magis p̄se  
 quebantur, q̄a erat dux verbi. L Syleas autē & Timo  
 theus remanserunt ibi J p̄ura in Berceæ, ad confirmatio  
 nem & consolationem ibi credentium. L Qui autem de  
 ducebant Paulum J qui erant credentes L perduxerūt  
 eum vsq; ad Athenas J famosissimam Græciæ urbem,  
 & philosophiæ studijs olim mācipatā. Nouerāt hi Pau  
 lum ducentes, q̄d græci sapientiam q̄rerent, ideo eū tan  
 q̄ sapientissimū ad urbē studentium deduxerunt L &  
 accepto mandato ab eo J scilicet Paulo L ad Syleam &  
 Timotheum J quib; mādauit L vt q̄ celeriter J .i. valde  
 festinanter L venirent ad illū, p̄fecti sunt J ad eū, tanq̄  
 boni discipuli. Paulus em̄ itendebat in Athenis fortiter  
 p̄dicare, iccirco illoz rā p̄cipuorum viror; volebat as  
 sistentiā habere atq; p̄sentiam, q̄tenus & ipsi aliq̄bus lo  
 q̄rētur q̄ dei sunt. Siquidē frater q̄ adiuuat a fratre, q̄si  
 ciuitas munita. L Paul; autē cum Athenis eos expecta  
 ret, incitabatur spiritus eius in ipso J .i. aīa eius intra  
 se æstuauit dolore, cōpassione, desyderioq; conuersio  
 nis errantium L videns idolatriæ deditā ciuitatem. Itā  
 inclutam. Vnde Zelo diuini honoris succensus est, & a  
 spiritu sancto inflammatus ad verē diuinitatis cultum  
 denunciandum. L Disputabat ergo in Synagoga cum  
 Iudæis & colentibus J id est, gentilibus ad Iudaicam le  
 gem conuersis L & in foro per omnes dies J q̄bus ibi fu  
 it, ex quo loqui exorsus est L ad eos q̄ audierūt J qui  
 scilicet ibi p̄sentes fuerūt. Veritas em̄ non q̄rit angelū,  
 & oīs qui facit veritatem venit ad lucem. L Quidā autē  
 Epicurei & Stoici Philosophi disserebant cum illo J  
 contra eum argumentando vt moris est ipsis philoso  
 phis dū aliq̄ suis documentis cōtraria audiūt. De sectis

**Augustin<sup>9</sup>** vero, distinctionibus & philosophorū Augustinus in  
**Epicurei** libro de ciuitate dei copiose pertractat. Epicurei autē  
**Hierony.** philosophi a magistro & principe suo Epicuro nomē  
 sortiti sunt, beatitudinem hominis in corporis voluptatibus  
 constituentes, quamquam teste Hieronymo, ipse semet Epicurus hoc docēs continentissime vixerit, ole-  
**Stoici** ribus vtens, exiguis. Stoici vero in sola animi virtute  
 felicitatem hominis posuerunt. Hi inter se discordantes, contra  
 Apostolum concorditer argumentabantur. Et alij dicebant. Quid  
 vult seminiuerbius hic dicere? Quid est, quid iste fabulator,  
 & inutilium prolator sermonum præterdit. Verumtamen sanctus  
**Matt. 13.** Apostolus vere seminiuerbi<sup>9</sup>, id est, verbi seminator fuit. Semē  
**Luce 8.** em̄ est ybū dei. Et ipse est; Nos vobis spiritualia semina  
 uim<sup>9</sup>. Seminatore ergo erat yboz, & messor morū, de huiusmodi  
 messioē vberes fruct<sup>9</sup> expectās. Alj vero dicebant, Nouorum  
 dæmoniorum videtur annunciator esse. Varios dæmonum ordines  
 posuerunt gentiles, præsertim Platonicī, scilicet Calodæmones, cathodæ  
 mones, & cacodæmones, quorum quosdam dixerūt bonos, q̄sdam  
 peruersos. Calodæmones asseriebant multū virtuosos, & summo  
 deo iugiter assistentes, quod theologi de ægelis superiorū astruūt  
 ordinū. Cathodæmones iniuper appellabant substantias intellectu-  
 ales bonas, hominum custodiae delegatas, atque ad bonz cohortā-  
 tes, quod de angelis inferiorum chororū edocent sancti. Cacodæ-  
**1. Petri .5** mones vero vocabant malorum persuasores ac puniores,  
 quod nos dæmonibus conuenire asserimus. Platonicī tamen nomine  
 dæmonis non semper intellectum peruersum intellexerunt, sed  
 intellectualem substantiam, cum dæmon dicatur a dæmon  
 nomine græco, quod latine interpretatum est, intellectus, vel  
 peritus. Prætatas demum substantias inter deos computauerunt  
 & coluerunt, potissime q̄ de primo secundoque ordine sunt,  
 imo & quidam etiā infernalibus dijs iacrificauerunt, quatenus  
 amicorum & propinquorum suorum spiritibus in inferno detentis,  
 mitiores consistere. De hac re in Phedrone & Timeolo

quitur Plaro. Itaque quibusdam Atheniensibus videbatur, quod Paulus ob nimiam doctrinae suae incomprehensibilitatem, inauditamque altitudinem, predicaret colenda esse daemona, haecenus inaudita, siue de bonis siue de malis siue de optimis, secundum eorum errores id intelligatur. Daemones equidem dicebant animalia mente rationalia, animo passiva, corpore aerea, tempore aeterna, sicut ex Porphyrii verbis & Apulæi innotescit. Nos autem Christiani daemones dicimus quidem in caelo creatos, & de caelo eorum exigente superbia partim in infimo terrae delectos, partim in aere tanquam congruo sibi carcere damnatos, nocendi semper cupidos, a iusticia alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos. Et apprehensum eum, ad Ariopagum. Id est, vicum in quo Mars colebatur. Duxerunt dicentes. Notandum quod Atheniensis singulos vicos a dijs qui in eis colebantur nominauerunt. Arios autem graece, latine Mars dicitur, Pagos vere vicus, seu villa, inde Areopagus id est, vicus Martis. Possumus scire quae est haec noua quae a te dicitur doctrina? Noua enim quaedam iners auribus nostris. Quasi dicat, Cum sint mira & inconsueta quae doces, libenter audiremus explanationem eorum & rationem. Huius interrogationis causam Lucas interponit, subdedit. Athenienses enim ad nihil aliud vacabant, nisi aut discere aut audire aliquid noui. Quod partim curiositatis, partim studiositatis fuisse videtur, Philosophi namque veritatis sunt auidi. Ciuitas autem Atheniensis studio philosophiae vocabatur vehementissime, ideo omnium rerum rationes scrutabantur, & causas, & nouis adinventionibus gloriabantur. Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait. Inter vicos Athenarum Ariopagus erat praeclearior. Nam ibi erat curia magistratum & schola liberalium artium. Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Quasi, non tantum similitudinem hic designat, sed etiam veritatem. Vera ceterum fuerunt superstitiosi, quia idolatrae. Superstitio quippe est vicium religioni seu laetitiae oppositum.



tum secundum excessum, quoniam exhibet cultum diuinum cui non debet, vel eo modo quod non debet. Quomodo autem in cultu dei possit esse superfluum, & quod sit superstitio, de speciebusque eius Thomas in secunda secundae, questione. 62. inducit. Præteriens enim, & videns simulacra vestra, quæ ideo consideravi, & eorum culturam diligentius reprobarem. Inueni aram. Id est altare. In qua scriptum erat. Ignoto deo. Et est sensus. Ara hæc consecrata est deo ignoto, quantum ad particulares proprietates seu distinctam cognitionem ipsius. Athenienses enim singulis artis, singulos titulos superponebant, monstrantes quibus essent dedicata. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Id est, deum cui consecrata est hæc, vobis ignotum, cui tamen sacrificatis, ego prædico adorandum atque colendum. Deus qui fecit hunc mundum & omnia quæ in eo sunt. Mundus tam a philosophis, quam a theologis variis modis accipitur. Quandoque pro elemento terræ, interdum pro regione elementari, aliquando pro tota machina mundi sensibilis seu corporei, quantum ad principales ipsius partes, videlicet pro regione elementarium atque cælestium corporum, & sic modo accipitur. Hic cæli & terræ cum sit dominus. propria autoritate vniuersali potestate, & perfecta providentia omnibus præsidens, de quo in libro Iob habetur. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit orbem quem fabricatus est. non in manufactis templis habitat. per aliquam circumscriptionem, localeve determinationem, sicut. 7. capi. Stephanus dixit, itaque ibidem expositum est. nec manibus humanis colitur indigens aliquid. Quod ait deus manibus humanis non coli, sic accipi potest, quod exterioribus & corporalibus actibus deus principaliter non honoretur. Principales namque & primarii actus religionis seu latriæ, sunt actus interiores, actus vero exteriores sunt secundarii & minus principales, quibus velut quibusdam signis, anima ad internos spiritualesque actus latriæ excitatur. Siquidem cum inuisibilia dei, per visibilia cognoscantur, ad hoc quod mens nostra deo vnatur, sensibilibus indiget manuductione.

Mundus  
varijs modis  
accipitur.

Iob. 34.

¶ Præterea deū colimus & laudamus, non quod ipse indi-  
geat, aut aliquid beatitudinis hinc ei accrescat, sed quo-  
niam ipse dignus est summo honore, omnique laude,  
& quoniam tot bona nobis largitus est. Propter quod ait  
P salmista. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bo-  
norum meorum non eges. Ipse etenim in seipso vere &  
absolute perfectus est, sibi in se, & pro se prorsus sufficiens  
in finitis diuitijs in seipso æternaliter opulentus, deus  
supergloriosus & superbenedictus in sempiternum. Cum  
ipse det omnibus vitam. Omnibus plane uiuentibus  
vitam dat deus, quicumque genere uitæ uiuentes sint. Et  
in inspiratione. Quæ per inspirationem conseruantur in vita,  
& omnia quæ habent, nam omne esse, ab ipso primæuo  
fonte essendi manauit. Fecitque ex vno homine. Scilicet  
protoplasto parente Adam. Omne genus hominum  
id est, homines uniuersos. Inhabitare super uniuersam  
superficiem terræ. Ita quod Adam est principium toti-  
us speciei humanæ. Nam & prima mater nostra Eua  
de eius formata est costa. Hinc scriptum est Malachiæ  
primo. Nonne pater vnus omnium nostrum? L. definiens fra-  
tuta tempora. I. tempora ab ipso instituta determi-  
nans & distinguens, eisque finem imponens, de quibus cætamus  
in hymnis, quod temperet rerum vices, & lucis diurnæ tē-  
pora, successibus determinat. De quibus etiam in libro Iob  
cōscribitur. Ab omnipotente non sunt abscondita tem-  
pora. Et rursus in eodem. Tempus posuit tenebris, &  
uniuersorum finem ipse considerat. In Danielis quoque  
volumine. Ipse mutat tempora & ætates. L. definiens  
etiam & terminos habitationis eorum. I. certa terræ  
loca hominibus pro habitatione concedens, nam partem  
terræ agros opertam reliquit, partem siccauit, & quosque lo-  
ca habitabilia tēderent præfixit. Propter quod asserit  
scriptura, Quando diuidebat altissimus gentes, quan-  
do separabat filios Adam. Constituit terminos populo-  
rum. Quærendum deum. I. ad hoc tempora terminosque di-  
stinxit ut homines in tempe huius incolatus deū crea-  
torē mente querant, colant & diligant. Si forte attrectent.  
I. mente attingant. Cum autem inueniant. Ideo additur

P salm. 15.

Iohan. 1.

Iob. 24.

Iob. 28.

Deut. 32.

- Eccle. 15.** forte, quoniam perfecte in vita hac attingi nequit, aut inueniri, & quia in hominum libertate est facere ista.
- Sapient. 13.** In creaturis autem creatoris relucet maiestas, iuxta illud Sapientiae, A magnitudine speciei creaturae, poterit creator horum cognoscibiliter videri. Quamuis non longe sit, ab unoquoque nostrum. Immo in omnibus nobis est, atque in cunctis creaturis, per essentiam, praesentiam, atque potentiam, qui apud Hieremiam profatur, Caelum & terram ego implebo. Sed parum sibi hoc est, cum magnitudinis eius nullus sit finis, cuius comparatione totus mundus est tanquam puluis exiguus. Ceterum in bonis est deus per dona gratiae, in beatis per dona gloriae, in peruersis per rigorem iustitiae, in damnatis per illationem vindictae. Sic ergo quaerendus est deus non quasi loco distans a nobis, sed incomparabili dignitate eminens vniuersis, a quo impii dissimilitudine distant, iuxta illud Salomonis. Longe est dominus ab impijs, Quaerendus est ergo deus ut clarius agnoscat, ardentius diligatur, firmiter conseruetur, perfectius honoretur, ut ei per assimilationem propinquemus, eius bonitatem imitando, eiusque dona participando, qui est ante omnia, non solus, potest omnia, non praesentis, in omnibus, non inclusus, extra omnia, non exclusus, supra omnia non elatus infra omnia, non oppressus, manens aeternaliter in sua superessentia, infinitaque simplicitate ac luce incommutabiliter habitans ac subsistens. In ipso enim. Id est, diuina virtute, eiusque incessabili mantenentia. Vivimus, mouemur, & sumus. Ita quod nec in momento subsisteremus, nisi ab ipso conseruaremur, quia indefinenter dependimus ab ipso in esse & permanere, multo plus quam riuus a fonte, dies a sole, aut splendor a luce. His autem verbis ostendit Apostolus deum in his quae creauit indefinenter operari, secundum quod ait Saluator. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. In Sapientiae quoque libro legitur. Attingit sapientia a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Denique his concordat quod in prima parte quaestione. 8. loquitur Thomas. Res in quibus sunt in deo dupliciter. Vno modo si

**Iohan. 5.**  
**Sapient. 3.**

aut in conseruante vel continente, sicque res in se acceptę seu consideratę, sunt in deo, sicut in virtute eas regente, & ita dicit apostolus, in ipso viuimus, mouemur & sumus. Alio modo sunt in ipso, sicut in exemplari principio, & sic omnia sunt vita in deo, in quo idealiter, vitaliterque consistunt, iuxta illud Iohannis, Quod factum est in ipso vita erat. [sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt.] Hoc enim dixit Aratus poeta cum suis sequacibus. Conuenienter autem apostolus contra gentiles disputans, non scripturas noui aut veteris testamenti, sed gentilis viri testimonium profert, quoniam contra diuersos fidei aduersarios, diuersis argumētandum est modis ac vijs, utpote contra iudęos per scripturas legis ac prophetarum, contra hęreticos, etiam per noui testamenti scripturas, contra gentiles, per naturalis rationis discursum. Oportet namque audientium considerare personas, & eas allegare cuique scripturas, seu documenta, quę recipit. [Ipsius enim] videlicet dei [genus sumus] id est, genitura seu factura ipsius, ad eius imaginem & similitudinem conditi, non quasi de eius substantia, vel pars suę substantię existentes, sed ab eo in esse naturę producti, per dona gratię reformati, per dona glorię beatificandi. Vnde Beda fateatur. Genus dei sumus, non ex eius natura editi, sed ipsius spiritu voluntarie creati, & adoptiue recreati. Hinc Iacobus: Voluntarie (inquit) genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturę eius. Prędicta autem verba, ipsius enim genus sumus, sunt verba ab Arato poeta prolata, Quę Paulus cum sciret de Ioue gentilium deo maximo erronee dicta, subtiliter ad veri dei prædicationem assumit. [Genus ergo cum simus dei] sicut supra expositum est, [non debemus æstimare, auro aut argento, aut lapidi sculpturę artis] id est, in quę per artem est exarata sculptura [aut cogitationi hominis diuinum esse simile] id est, esse diuinum seu deum non debemus putare similem fore metallis aut saxis seu idolis manu factis, aut humana comprehensibilem ratione. Si enim ita sentimus, summo, supexaltato, incircum-

Iohann. 1.

Iacobi. 1.

scriptibili ac simplicissimo deo, iniuriam maximam irrogamus, & nosipfos vñter degeneram⁹. Iccirco tanquam nobiles creaturæ, nobiliter digne & vere de deo nostro creatore debemus sentire. His verbis apostolus idolatriam reprobatur. ¶ Et tempora quidem huius ignorantia despiciens deus ¶ i. tempus quo idolatria viguit, imo potius ipsos idolatras, qui ante Euangelicam prædicationem fuerunt, deus iusto iudicio deserens & contemnens. Tempori quippe ascribitur, quod hominibus in tempore existentibus, competit seu contigit. Unde dies mali dicuntur. Et crastinus dies sibi ipsi sollicitus erit. Et tempus quosdam iuuare asseritur. Hinc alibi dicit apostolus. In præteritis generationibus dimisit deus gentes ingredi vias suas ¶ nunc annunciat hominibus ¶ prædicationem scilicet apostolorum discipulorumque Christi ¶ ut omnes ubique poenitentiam agant ¶ se conuertendo ad Christum per poenitentiam salutarem ¶ eo quod ¶ deus ¶ statuit diem in quo iudicaturus est orbem ¶ id est homines vniuersos ¶ in æquitate ¶ vnumquemque videlicet secundum quod meruit secundum diuinam procedendo iusticiam, in retributione mercedis ¶ in viro quem statuit ¶ id est, per Christum, quem secundum naturam assumptam ordinauit atque constituit iudicem vniuersorum, per iudicij executionem, atque sententiæ prolationem, quæ Christo secundum quod homo est competit, quemadmodum ait. Dedit ei potestatem & iudicium facere, quia filius hominis est. Porro in finali iudicio deus trinitas per autoritatem principaliter iudicabit. Christus autem ut homo ministerialiter iudicium exhibebit ¶ suscitans eum a mortuis tertia die. Cū audissent autem resurrectionem mortuorum ¶ futuram in oibus ante iudiciū, & iam in Christo completam ¶ quidam quidem ¶ incorrigibiles, quorum corda non tetigit spiritus sanctus ¶ irridebant eum ¶ scilicet Paulū, tanquam irrationabilia ac impossibilia prædicantem, non enim ad dei omnipotentiam, sed ad naturalem rationem, potestatem & ordinem aspiciunt. ¶ Quidam vero dicebant, Audiemus te de hoc iterum ¶ ut diligentius

Eccle. 2.

Hier. 18.

Matt. 3.

Luc. 3.

Iohan. 5.

conferam<sup>9</sup>, & qd verū est approbem<sup>9</sup>. Sic Paulus exiit de medio eorū. Quidam vero viri, vigore virtutū animiq; decore adherentes ei crediderunt, in quibus & Dionysius Ariopagita, q ab Ariopago, in q ipse principalis fuit philosophus magister & doctor pclarus, & mulier noīe Damaris, quam dicunt fuisse cōiugē eius, & alij qdam cum eis. Postremo dicendum nunc esset, qre in Athenis cōsecrāta fuit ara ignoro deo. Quod q in legēda diutni & magni Dionysij diffusius cōtinetur, hic non nisi breuiter est tāgendum. Videntes philosophi tpe passionis Chri mirabilem illā eclipsim naturalem causam inuente nequibāt, imo p naturalē suā sapientiam agnoscebāt illā eclipsim naturalem nō esse, & multa supnaturalia in ea cōsistere, vehementissime mirabāt, cernentes cælestium corporū solitum cursum, naturalēq; legem ad ordinem variari. Hinc veluti in excessu qdammodo positi loq̄bantur. Aut deus naturæ patit, aut machina mūdi peribit, aut sydera fallunt. Propterea deo cuius yrtute & causa mirabilia illa fiebant, aram constituerunt. Et qm̄ dei illius determinatam nō habuerunt noticiam, p titulo affixerūt, ignoto deo, quem etiam genuflexionibus ac p̄cibus, nō aīalium oblationibus censebāt colēdum. Cū ergo Paulus Atheniēsium altaria plustrasset, & causam, modū, ac tēp<sup>9</sup> dedicationis altaris ignoti dei nouisset, dixit philosophis. Quem ignorantes colitis, ego annuntio vobis. Deinde spectat aliter principem philosophorum illorum Dionysium est affatus. Qui licet ad prædicationem Pauli faciliter crederet, non tñ nisi post acerrimam atq; longissimam disputationem se credere fatebatur. Porro quam mirabilis fuerit præfata eclipsis, sanctus Dionysius in epistolis ad Apolophanum, & item ad Polycarpū describit. Nam sicut ad Polycarpum disseruit, quatuor mirabilia in illa eclipsi cōsiderata fuerant. Primum quia tunc fuit oppositio & plenilunium. Naturalis vero eclipsis fit tempore coniunctionis. Secun<sup>9</sup> 11  
 dum quia cum luna fuisset soli supposita circa horam sextam in medio cæli tamen in vesp̄is restituta fuit.

in scolis regala fit! So /-lis totalis' aliqui sed nunq' vniq'  
alts eclipsis fieri potest.

## IN ACTA APOS: EXEG.

111 suo loco in oriente opposita soli. Vnde temporum or-  
do non fuit turbatus. Tertium, quia eclipsis natura  
liter incipit ab occidente, & peruenit ad orientem, quo-  
ntiam motus lunæ in proprio orbe velocior est motu  
solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occi-  
dente accedens, sed tunc luna pertransit solem distans  
ab eo per circuli medietatem in oppositione existens,  
111 iccirco oportuit, ve ab oriente reuertetetur ad solem,  
& primo attingeret eum a parte orientali, illamq; pri-  
mitus eclipsaret. Quartum quia in naturali eclipsi illa  
pars solis primo apparet, quæ primo fuerat obscurata  
tunc vero partem vltimo occupatam, primo reliquit.  
Præterea Beda & Scholastica historia referunt huc esse  
Dionysium, qui a Paaulo episcopus ordinatus Corinthi-  
orum, gloriose rexit ecclesiam, multaque ad vtilitatem  
ecclesiæ pertinentia quæ hactenus manent, ingenij sui  
reliquit volumina. Veruntamen in eius legenda habe-  
tur, quod ab Apostolo Atheniensium fuerit ordinatur  
episcopus. Sed forsitan dici potest, quod successiue in  
diuersis præfuerit locis. Hic est quem Gregorius vocat  
antiquum & venerabilem patrem, Damascenus diuini-  
ssimum, sacratissimum, theologissimumque appellat.  
Hugo theologum per antonomasiam, & principem the-  
ologorum affirmat. Postremo sicut in eius legenda asse-  
ritur Paulus ea quæ in tertium cælum raptus vidit, &  
verba arcana quæ ibi audiuit, huc viro eximio credi-  
tur reuelasse.

¶ Expositio capituli. xvij. Post hæc  
egressus ab Athenis. Art. xvij

**P**ost hæc egressus Paulus ab Athenis venit Co-  
rinthum, & inueniens ibi quendam Iudæum  
nomine Aquilam, Ponticum genere. Id est, de  
Ponto Asiæ pronuncia oriundum, vnde & primo capi-  
tulo scriptum est, pontum & Asiam. Est autem Pontus  
lata regio, complectens Colchum, Cappadociam, Arme-  
niam, & alias prouincias, qui nuper venerat de Ita-  
lia & uxorem eius Priscillam. Horum frequenter in suis